

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Jacobi Wimpfelingij Schletstatensis Elegantie maiores

Wimpfeling, Jakob

[Heidelbergae], 1499

De locis petitionis

[urn:nbn:de:bsz:31-131221](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-131221)

lentalē psequit: z p̄sertim qui sacratissima loca p̄phanat in quibus pro nob̄
christus passus est. Secundus a lege: quia legitimū est iniurias a quib⁹ nō
dum abstinent sarraceni: pp̄ullare. Tercius ab utili. quia opes ex certis opu
lentissimis possunt acquiri z ad nos ad duci. Quart⁹ ab honestate. quia ho
nestū est nos q̄q̄ pro christo p nobis mortuo certare immo etiā mori quia
inde proveniunt honor z splendor noster. Quintus a iocundo. quia iucundū z
delectabile est amicos z vicinos nostros eiusdē religionis z patrie z eripere z
liberare Sextus a possibili: quia maiores nostri minori exercitu q̄ hodie chri
stiana religio habeat devicerunt. Septimo a necessario: quia alioqui si nō ad
nos ipsos saltem ad nostros successores liberos aut nopotes in his tandem
terris penetrabunt. Sarraceni. z christiani sanguinem effundēt. tanta est in
eis dominandi libido: tanta immunitas. tanta armorū a sūfactio. His loc⁹
in hoc negotio vsu sunt in conuentib⁹ imperij romani apud germanos Ene
as Silivus. Joannus Lāpanus: z Franciscus Philelphus ad regē galloꝝ

¶ De genere iudiciali.

Judicialē consistit in accusatione z defensione coram iudice

Accusatio est iniuriarum vel delictorū exposito.

Defensio est iniuriarum vel delictorū dissolutio

Accusans aduersarius de crimine. pponat factu eius esse iniustū z iniquū.
aut cuius multitudinē vel reip̄. perniciosum.

Accusans de stulticia ostēdat ea que aduersarius agit esse sibi ipsi inutelia
turpia et iniucunda. z que fieri non debeant.

Accusans de crimine si lex penam desinit: satis est si demonstrat crimen de
missum esse. Nam accusantis nihil est nisi ostendere rem quia est aut q̄a nō
est: aut facta est: aut nō facta ē: si magna v̄l parua: si iusta vel iniusta. quecūq̄
legislator non determinauit: ipsum v̄tq̄ iudicē oportet cognoscere. z nō ad
discere ab accusantibus. quos Aristoteles in primo r̄toricoꝝ litigantes ap
pellat. Si iudici constat de admissio crimine tūc crimen conuenit exaggerari
z demonstrari sponte: dedita opera: z industria nō casu iniuriā cōtulisse

Defensio in trib⁹ cōsistit: in negatione: vt qui accusatur omnino neget se ea
que obijciuntur cōmississe. Secundo si negere non potest ostendat id q̄d fecit
legitimū z iustum honestum ac reip̄. vtile esse. Tertio si hoc ostendere non
potest. transferat peccatum suum ad imprudentiā: ad infortunū: vel osten
dat damnū esse parū. z sibi ignosci veniamq̄ dari petat.

Consolationis loci sunt quatuor. Primus nos quocūq̄ valere cum illo z ei
compati ad quem oramus aut scribimus.

Secundus meminisse nos a lege z conditione natos vt vita nostra omib⁹
fortune iaculis subiecta sit.

Tertius ne grauius feramus quod nullo consilio euadere aut caute pos
sumus. Quartus q̄ exempla alioꝝ proponamus: quoz euentus si memoria
reuoluemus. nihil nobis noui accidisse putauimus: vnde de cōsolatione mor
tur. Vult deus: et sius est: lex: liberat atq̄ resurget

De alijs vero aduersis euentib⁹ querantur loci cōsolationis ex Francisco
Petrarca de remedio v̄tiusq̄ fortunem in quo dialogi. cxxxij.

¶ Petitionis quatuor sunt loci.

Primus locus: ab honesto: quia honestas flagitat amico succurri.

Secundus a facili: q̄a facile est et a quo petitur: nam absq̄ labore magno
sue molestia: siue impensa id p̄stare potest vnde facile quod leuiter est ad fa

De locis petitionis

tiendum Seruius super primo georgicorum. Tertius ab vtili nostro: quo
niā magna nob̄ ex eo munere quod petim⁹ vtilitas puentura est.

Quartus a spe mercedis vel a gratitudine nostra, pponendo quid ille a
nobis recipiet si que petimus consequamur. Quintus a narratione benefi
cior, si que contulimus olim dū absq̄ arrogantia et improperio possunt com
memorari: hic tñ locus non semper potest applicari: p̄cipue ppter impotentā
aut paupertatē eorū qui petūt: qui priusq̄ petūt gratificari non potuerūt his
locis vel aliquibz eorū poterit quispiā vel pro se ipso vel p altero que cōmēda
re nitit vti: vt si filius patri, p subsidio scribat: proponat naturalē honestatē
esse vt filio pater succurrat, et id patri facile esse: multū emolumentū: unde filio
et toti facile prouenire, quū gradū consequat quo nacto fortunā fidē et aucto
ritatē habebiturus est: aut quomodo statū celebriorē aut ecclesiasticū bñficiū
facilius nanciscetur: demū pollicetur sese memorem et gratū futurum patri.
senum sepe omni obsequio: hospitio: solatio leuaturum.

Si possit s̄i iusta: modus sint premia iuncta

Id est vt sit res possibilis q̄ petit.

Et sit iustum et honestum quod petit

Et assit discretio: ne nimum sibi non cōmensuratum petat

Et promittat reprehendere vices

Et ne timide petat. Nam ait Seneca. Qui timide rogat negare docet

¶ De persuasione adolescentibus faciēda.

Ad virtutes amplectendas prouocentur naturalibus bonis: cōditionibz
quales Aristoteles sex eis tribuit: quas in hoc distichon redeginus

Largiter expendunt: bene sperant: magnanimi sunt.

Suspitione carent: miserentur habentq̄ pudorem

Ad vitia vero fugiēda p̄sertim ea ad que suapte natura proni sunt et indi
cati: sicut et Aristoteles sex malas vitiosasq̄ conditiones eis ascribit: quas in
hoc dist. cho inuenies.

Lubricus instabilis. credit conuicia dic. t.

Fallit. et in factis nescit habere modum.

Proponat eis pericula ex peccatis emergentia: vt ex lubricitate damnium
corporis vite salutis anime. fame patrimonij: sicut in Adolescētia nostra de
hoc vitio et mala pueroꝝ conditionē reliquisq̄ affatim sunt lectitaturi vt unā
ea legant et lectione afficiantur: et affectatione ad honestū et ad diuinū non rā
timorem q̄ amorē inflāmantur: quo solo beatitudinem ad q̄ conditi sunt
assequi poterunt sempiternam: q̄ eis ex toto corde peropto: ac obsecro vt et
ipsi quandoq̄ p me spurcissimo flagitiosissimoq̄ peccare apud clementissi
mum deum suis precibus intercedere dignentur.

